E. de Ms.
T. A

M. S. en 4.º pergamino, con 185 hojas.

Disputationes in Metaphisicam Aristotelis.

Rotulata

Moreno, Metaphisica.



Metaphysicæ disput.es ad Aristotelem Stagiritæ, siue 3.us Phycæ annus, in quo libri de Generat.e et corrupt.e, nec non de anima ex professo tractant.r, quibus etiam de methaphysicis principijs, Metheoris, et elementis non leuis addit.r expliatio.

Authore.

R. P. Francisco Moreno Soc. Jes.

Scriptore Francisco Martin.o de Tapia

In Cordubenssi Collegio Societatis Jesu Diuæ Chatharinæ Virginis, et Martiris Sacr. Authore Reverendissimo Patre Magistro Francisco Moreno Eiusdem Collegij benemerito Moderatore. Anno Dni 1684.o





J. Auditoribus Prelocutio.

Tetigimus jam, Auditores mei, postremam Phiæ partem, ultimumque triennalis Curriculi Laborem, Cui accensuros Vos spero pari mentis, animique conatu, ut coronam Sapientiæ sit, Post tanti que Laboribus Vobis meritam gloriose utique reportetis. manent nos utilissime, pariter, ac Jucundissime disputationes Hoc postremo Anno Phiæ tractandæ. Quibus facilis jam aperta via e octo phisicorum Libris, in quibus ea, quæ communia omnibus corporibus videntur, cum Phô tradidimus, Ex quibus Hic aliqua Specialiter ad Singularia Corpora pertinentia dabimus, ut sunt ea, quæ de corpore incorruptibili, et materia cælesti, quæque in eo mirabiliter accidunt, Cælestes sunt impressiones, ut fulgura et fulmina; Deinde de Libris Animasticis ad tres libros agemus, De iis tandem, quæ de Metaphisica restant postmodum acturi.

Macti estote animo, Auditores, et quidem ~~ardoris scholastici~~ Vobis desidia, quæ absit fraudulenter eripuit novo ineuntis anni restaurare innitemini; nec Vos ad postremum filosophici pensi defuturos crediderim, quin potius Robustiores ad tentamen, visto jam; imo præ manibus adepti, premium decensuros spero, nec parum Juvabit ad deponendam desidiam, et Virtutem ditandam, patientiamque Roborandam Huiusque præpesos Labores aliquando in memoriam Revocare, ut quondam fecit Troianus Princeps Eneas, suos ita allocutus.

O socij, neque enim ignari sumus ante malorum;
O passi graviora, Dabit Deus His quoque finem.

Liber I.us de Generatione

De Generatione. Disput. I.a

De Generatione acciali, sive alteratione

Adeo implexi ii Auth.es in dirigenda istorum Librorum methodo, ut vix unus cum altero conveniat, secuturi sumus, quæ visa est communior semita, quæ vobis facilius structura et via ad pleniorem eorum, quæ tractaturi sumus, notitiam. Propterea quæ 1o de Alteratione, seu generatione acciali, et quæ ad eam pertinent disputabimus, cætera de Generatione substantiali, et illi affinibus deinde tractaturi. 1

Quæstio I.a Exponit conceptum Generationis et corruptionis in com.

Caput I.um Utriusque defin. traditur.

Constat ex phicis, generationem, ut creationi opposita est, actiones dependentes a subiecto, a quo non dependet creatio. Sicut in latiori generationis acceptione latam esse, quæ comprehendit substantiales, et acciales generationes, de quibus in præsenti sermo nobis est. Iam Arist. hic cap. 4. text. 23. ita generationem definivit: est mutatio totius in totum, nullo sensibile remanente ut subiecto eodem. Quam definitionem contra non admittunt Phi, tum quia si ab æterno Deus generaret aliquod compositum, ut potuit, in eo non daretur mutatio; tum etiam quia in generationibus ex ordio mundi facti nulla fuit mutatio totius in totum: mutatio m.e petit, quod subiectum prius tempore inexistat, ut diximus ad Lib. 5um phicorum. Phus quoque definivit generationem inexistivam, de qua nobis postea.

3. Melius q. cum P. Arriaga. et cor. RR.
generationem definies: est productio termini dependentis a subiecto. Productio loco generis est, in quo generatio et creatio conveniunt: utraque est productio termini: differt tamen a creatione per reliquam verba dependentis a subiecto. Creatio enim subiecto non indiget ad productionem termini, ut patet in Angelo, et anima rationali. Hinc est, quod ad generationem concurrere, non solum causam efficientem, sed etiam materialem, ex cuius visceribus terminus generatur: qui modo absolutus est, ut anima rationalis, modo modalis, ut unio, quae tantum in homine generatur. Modo utrumque solet esse terminus, ut contingit in equo, in quo, et forma, et unio generantur. ubi adverte definitionem generationis nostrae afferre productionem alicuius compositi: nam omnis generatio debet terminari saltem ad unionis productionem inter duo extrema, quod est formaliter compositum.
4 Dividitur Generatio in substantialem, et accidentalem: substantialis est, cuius terminus substantia est, ut hominis, et equi generatio: accidentalis est, cuius terminus accidens est, ut productio caloris. accidentalis generatio dicitur alteratio, quia per eam aliter se habet subiectum, sive alterum est antea in ordine ad aliam formam recipiendam. Puta lignum cum calore, quo alteratur ad formam ignis recipiendam. Haec alteratio duplex est: alia intensiva, et extensiva alia: intensiva est, cuius termini dissimiles recipiuntur in eadem parte subiecti: ut productio plurium graduum caloris in eadem parte subiecti, scilicet ligni. Dixi dissimiles; quia etiam productio unius tantum gradus alteratio est; nec tamen intensiva. Extensiva dicitur, quod eius termini non in eadem; sed in diversis partibus subiecti contiguis inter se recipitur, ut si octo gradus caloris in octo punctis tabulae contiguis collocentur.
5. Corruptio Generationi opposita est destructio termini generati: Cui opponitur Anihilatio, quae est destructio termini per creationem producti: destructio enim est genus ad corruptionem, et anihilationem, ut dicebamus de productione ad generationem, et creationem. Hinc colliges, tum generationis (idem dicitur de corruptione) posse dupliciter accipi:

p totali, sive denotatur l. p fiali, qui etiā dicitr partiali: Terū totalis e, totum cpositū, qd generatr: terū fialis e parti-culla cpositi, quæ immedte pducitr, & attingitr a Generante.
Colliges 2°. corruptnē, & generaē extreme opponi: altera mn. e actio phsica: altera natio eius actioni. Unde eadē e ea utri-usq: nā igni pducenti, & cservani calorē, idē corrumpit eun-dē calorē, scō. cessando ab illa actione pductiva, & cservativa.

Caput 2um. aliqua Dubia pponit, & dissolvit illa.

6

Cca Generaēm dubitabis 1°. an sit una, l. duplex actio pduc-tiva fiæ, & unioni illius cum subto? Affirmat Pr. Suarez. disput. 15. metaphic. sec. 8. 4. eamdē ee utriusq. actnē; cuius fundamtum 1m: sum, q fia generata dependet a subto, & illi inhæret per unionē: q p. eamdē actnē utraq pducitr. 2m; q p eamdē actnē fit cpositum, p quā fia pducitr: q p eamdē pducitr unio. Et etiā; q p eamdē Deus afficit essentiā unionē. 3m; q in eo potissimum distinguuntr generatio, & creatio, qd terū creatura n dependet a subto p unionē: terū vo. generationi dependet a subto p unionē: q unio, seu dependen-tia fiæ generatæ p eamdē actnē pducitr a fia.

Assertio 2a. dicendū e.

Deductæ, unione, & fiā pduci p duplicē distinctam actionem. pbr: q fia recipitr in actū, tantū subto a subto unioni: unio m recipitr in utroq extremo: fia vo. tantū in subto, seu ca mali, qd licum cstat expliciū. Mo sic: q unio pducitr p distinctā actionē, ac pducitr fia; vt ita: q fia e prior na unione, etenim e prior na actione sui passiva: de m subtum prius na e qū illius, cuius e subtum, & nullius terū prior e sui actione: l. m is sit na prius & terū, l. si aliqua e prioritas, hæc e in actione; & si una eet actio pductiva fiæ, & unionis, fia eet prior, & n eet prior eiu-sdē actnis: q illa. 2a. mir: q fia n eet prior actne, ut pductiva fiæ: rursus eet prior eadē actione, ut pductiva unionis siadē eet prior unione. & hoc implat: & etiā, qd eadē sit dictio pductiva utriusq. &c.

8 … dicitur: quia actiones diversificantur per diversitatem terminorum; sed unio, et forma sunt diversi termini: quia diversae sunt actiones illarum productivae. Maior constat ex supradictis; minor ex sepositis: quia unio et forma non solum non sunt etiam se ipsis disiunguntur: unio in entium, forma vero res absoluta: si quia termini solum non distincti, distinctas exigunt actiones; quanto magis si specie distincti. Hinc ad finita P. Suarez. Resp., ad tum non ant: tum m. forma generata dependet a subiecto, illique inhaeret ratione unionis: dicitur ratione actionis, quae etiam dependet a subiecto, et facit etiam formam dependentem, ratione cuius dependentiae forma dicitur inhaerere subiecto, ad quam denominationem necessaria est unio utriusque; ad 2um, resp., ant esse verum in terminis sufficienti; non vero in sua exclusioni: nam etiam ipsorum fit per actionem, quam producitur unio, ut patet in rebus: dicitur quia ipsorum fieri per actionem, quam forma producitur; quia talis actio connectitur cum actione unionis productiva. Ad 3um, non ant: disiunguntur m. quia alter terminus dependet, et alter non dependet ratione suae actionis.

9 Dubitabis 2°: quanam ex his actionibus dicatur generatio, an formae, an unionis actio? Resp. inquirit, et utrique sufficienter salvari rationem generationis. Probatur: quia in generatione hominis sola unio generatur, ratione cuius homo dicitur generari; in reliquis vero generationibus forma, simul, et unio generantur. Praeterea si forma generaretur, et crearetur unio, ut possibile, etiam ipsorum diceretur generatum. Et ratio a priori est, quia in his omnibus aliquis terminus producitur dependenter a subiecto, quod sufficit ad rationem generationis. Si rogas, cur casu, quo forma generaretur, et unio crearetur, ipsorum dicendum sit generatum, non creatum? Resp. facile est: quia creari est praedicatum negativum; dicit m. independentiam a subiecto, quae ex omni capite debet verificari; generari autem est praedicatum positivum, quod sufficit aliquo ex capite verificari, quod accideret ipsorum, cuius forma tantum generaretur.

10 Dubitabis 3° an eadem sit actio productiva formae substantialis, et accidentalis, sive an eadem sit actio, qua [producitur] forma substantialis, et accidentia quae disponunt ad illam producuntur. Novioribus cum Lavesthano defendunt, formam substantialem, et accidentia disponentia ad illam generari per eamdem

actionem. Contra tamen censetur, formam substantialem, et accia, que ad formam disponunt produci per distinctas actiones. Probatur 1.° argo Suarez facto a n.° 8. 2.° quia actio non potest dari sine suo termino. Connectitur in metaphysice cum illo; sed actio productiva accidentium ad formam disponentium potest dari sine forma substantiali: ergo actio productiva accidentium non est formae productiva. Maior est certa, et tota legitima: minor probatur: quia prius tempore precedunt in ligno aliqui gradus caloris, quam forma ignis: deinde collective accidentium ad ignem disponentem producta potest Deus suspendere ignis productionem, quod facere non posset, si producta actione ignis productiva: ergo probatur.

Opponet 2.° Dices, ultimam dispositionem ad formam non posse dari naturaliter sine forma, cuius est dispositio connectitur quippe essentialiter cum illa. Respondetur 2.° est, quia non est maior connexio ultime dispositionis cum forma, quam est connexio materie cum forma. Et tamen a subiecto distincta forma producitur per diversas actiones, ac producitur forma: ergo licet inter ultimam dispositionem, et formam, intercedat essentialis connexio hec non officiet, ut per distinctas actiones producantur forma, et ultima dispositio. Et hinc probatur ratio. Quia alteratio, qualis est actio productiva accidentium disponit ad generationem; sed nil disponit ad se ipsum: ergo forma. 11

Obicies cum adversariis, sequi, substantiam esse immediate operativam, quod absurdum est. 2.° quia sequeretur, alterationem recipi in materia 1.ª, cui constat ipsa materia, que non est ens singulare existens per se. 3.° quia dispositio ad formam non potest dari naturaliter sine forma. 4.° tandem, quia Aristoteles, et D. Thomas asserunt generationem esse terminum generationis alterationis: ergo forma. Respondetur ad 1.um, negando, quod absurdum est in argo. materia 1.ª enim est ens singulare et existens per se, ut constat ex 1.° physicorum: ad 3.um, concedo, dispositionem dari naturaliter non posse sine forma; ex eo non arguitur, per eamdem actionem debere produci per quam forma producitur. Ad 4.um, respondeo, Aristoteles et D. Thomas intelligendos esse de termino alterationis; qui ut convertitur cum fine: finis enim alterationis est forma substantialis, ad quam alteratio disponit subiectum, in quo forma recipienda est. 12

13

13 Ad corruptionem enquirit, an illa sit naturaliter. Reo, posse dupliciter usurpari, 1° prout est ex inclinatione rei, ut lapidis inclinatio in centrum, quo sensu corruptio non est naturalis; nullam enim ens inclinat in sibi malum, dissuentem suae corruptioni; 2° sumitur naturaliter prout non excedit vires agentis naturalis, quo sensu corruptio naturalis est; agentia enim naturalia per proprias virtutes creatas corrumpunt alia generando; est etiam naturalis corruptio, quae est ex legibus naturae; quibus omnia natura obnoxia est qualitatibus contrariis formae, quae disponitur, ex qua contrariete sequitur corruptio.

14 Sed petes, quo sensu verum sit illud Philosophicum Axioma: Generatio unius est Corruptio alterius. Certum in his debet esse illud non esse verum in sensu identatis, ut constat, rursus, neque in sensu Causalitatis absolutae, ut contra accipitur, quamvis sit, semper ac datur Generatio debebat dari Corruptio, quod falsum est in generationibus ab initio mundi productis, ubi sane nulla fuit corruptio, quod etiam accidit accidentibus contrariis non habentibus, quae generantur absque alterius corruptione. Est intelligendum Axioma in sensu sufficienti et conditionato Causalitatis, quamvis generatio cuiuscumque formae substantialis, sive accidentalis, vine contrario sint, sufficiens est alterius formae praeexistentis in materia naturaliter corruptionem inducere per oppositionem duplicis formae in eadem materia naturaliter; postremo notabis, quod potius dici corrumpi so. pro instanti immediato ad ultimum sui esse, in reliquis non dicitur corrumpi, quia per eo, et non per reliquis verum est, quod positum modo non est, quod immediate antea erat.

15 Q° 2ª De Alteratione Intensiva

Caput 1um. Premittit faciliora.

1 Diximus ad 8um phisicorum librum alterationem esse motum ad qualitatem; nunc autem ut clarius mentem nostram circa alterationem intensivam aperiamus aliqua notanda sunt: 1um quod sit qualitas.

Dico cum P. Arriag. et cum R.R.um, esse accidens absolutum penetrabile. quae recta est deffinitio. eo, qd per hoc accidens conveniat cum aliis a se, nempe cum actione, ubicatione, et quantitate: per hoc absolutum penetrale differt a prioribus, et convenit cum quantitate; a qua tamen differt per ultimum verbum penetrale. Qualitates aliae sunt corruptivae, et perfectivae aliae: quae habent contrarium, ut calor habet frigus, dicuntur corruptivae; et perfectivae, quae contrario carent, ut Lux. 16

Nota 2º. alterationem, aliam esse formalem, et effectivam aliam: formalis dicitur qualitas, seu forma illa accidentalis, qua passum mutatur, et alteratur ad formam substantialem recipiendam: utque calor ad ignem: Effectiva est actio, qua subiecti forma accidentalis producitur, utque actio productiva caloris. Ubi observa, qd loquimur de alteratione intensiva intelligendos esse de formali, non vero de effectiva alteratione.

Circa proprietates qualitatis, praesertim ~~effectiva~~ corruptivae, Nota 13º. duas esse quoad praesens attinet: aliam habere contrarium physicum, et proprie talem ut albedo nigredinem, calor frigiditatem, et similia. Dixi contrarium physicum, quia licet Lux dicatur habere contrarium tenebras, hoc tamen contrarietas physica non est, et propria, sed Logica, et solum privativa. Altera proprietas est suscipere magis, et minus, seu intendi, et remitti, qd experientia constat, cum videamus parietem iam magis, iam minus lucidum, et manus, modo magis, modo minus calidas sentiamus, qd, quo pacto eveniat scopus est huius quaestionis. 17

Hinc Reiicies alias ab aliis traditas qualitatis deffinitiones aliquas apud Arriagam, et Hurtadum. Conveniunt, eam esse accidens absolutum consequens formam. quae sustineri non potest, tum quia in singulo plures dantur qualitates, quae nullam consequuntur formam, nullam in singulo nullam sit forma, ut pote entia simplex, tum etiam, quia sunt qualitates formam antecedentes, ut calor disponens lignum, ad ignem. Alii inter quos P. Suarez. dixere, qualitatem esse accidens absolutum ad complendam perfectionem substantiae, tam in agendo, quam in existendo: 18

que etiam falsa videtur; quia dueniret quantitati, quae eget substantia corporea, tam ad esse, quam ad operari. Tandem Scotus definit qualitatem: esse accidens absolutum non quantum, quae fere eadem est cum nostra supra tradita, siquidem non quantum, fere idem est cum penetrale, quae erat differentia nostrae definitionis.

Caput 2um. Quomodo fiat Intensio Qualitatis non vitalis?

19 Titulus ipse monet, sermonem non esse de omni Qualitate, sed tantum de Qualitate physica; nam de vitali postea redivit differendi. Qualitas physica, seu non vitalis ea est quae non procedit a principio vitali, ut v.g. calor, frigus, lux, et albedo. Dari enim de qualitatum intensionem, ut supra notavi, certum est: nam videmus aquam aliquando calidiorem, quam olim erat, et calorem paulatim deperdere, quousque restituatur ad pristinam frigiditatem. Praesens igitur Difficultas est, inquirere, quomodo fiat hoc incrementum, vel decrementum caloris, et similiter cuiusvis alterius qualitatis? In qua difficultate plures sunt sententiae, quarum aliquibus prius impugnatis, rursus veriorem, et veriorem imprimis seligemus. Adverte tamen quaestionem procedere de qualitatibus corruptivis contrarium habentibus, et perfectibilis, contrario quae carentibus.

20. Prima sententia defenditur a Durando in 1o. distinctione 17: Asserit hic Auctor intensionem fieri per productionem perfectioris qualitatis, destructa imperfectiore, et e contra remissionem per destructionem perfectioris, producta imperfectiori. Intenditur itaque calor, quando producitur calor ut quinque et destruitur calor, ut quatuor, et remittitur, quando destruitur calor ut quinque, et producitur calor, ut quatuor. Sed haec sententia manifeste falsa est: 1o quia potest produci qualitas in tota sua intensione, quin aliqua imperfectior qualitas destruatur, ut patet in solis productione, in qua, cum instanti producta fuit tota lucis intensio in aere, nec tamen destructa fuit aliqua qualitas imperfectior. 2o, quia potest Deus totam intensionem caloris producere, sine producendo calorem, ut octo, et similiter re-

Remissionem, eius de[m] producendo calorem, ut unius; quorum, nec in intensione destrueretur imperfectior qualitas, nec in remissione perfectior destrueretur: ergo intensio qualitatis non consistit in productione perfectioris destructa imperfectiore qualitate, nec remissio in productione imperfectioris destructa perfectiori. — perfectior destrueretur +

21

3.° quia aqua calida remota ab igne, et nive circumvalata se restituit in sibi debitam frigiditatem, paulatim remittendo calorem, et acquirendo frigiditatem, in quo eventu, et datur remissio caloris, et intensio frigiditatis; et in hac frigoris intensione non destruitur frigiditas imperfectior, nec in remissione caloris producitur calor imperfectius: ergo intensio, et remissio non consistit in ea destructione, et productione qualitatis. Maior experientia constat, minor, quoad utramque partem probatur: manifeste: quia in hypothesi facta, nullum est agens, quod destruat frigiditatem: aqua enim et nix potius sunt productiva frigiditatis. Praeterea nullum est agens productivum caloris, imo, quae concurrunt inimica sunt, et illius destructiva: ergo etc.

22

Impugnatur 4.° theologice, quia ex hac via sequeretur hominem iustum per actum meritorium amittere gratiam sanctificantem, qua talem actum elicuit. Consequentia probatur: quia per actum meritorium huius iusti intenditur gratia sanctificans, et apud P. Durandum intensio fit per productionem novae qualitatis, antiqua destructa: ergo homo iustus per actum meritorium destrueret antiquam gratiam. Quod longe abest a veritate theologica, et praeterea implicatorium esse mihi manifestum est: quia in eo instanti, quo eliciatur actus, existit gratia antiqua; concurrit enim gratia ad talem actum; et in eo instanti fit intensio novae gratiae: ergo in eo instanti datur gratia antiqua, et nova gratia, atque destruitur, et non destruitur antiqua.

23

2.ª sententia asserit, qualitatem intendi per expulsionem contrarii, v.g. calorem per expulsionem frigiditatis, et e contra, frigiditatem per caloris expulsionem. Sed contra est 1.° quia homo iustus potest per merita augere, et intendere gratiam: nec tamen est contrarium, quod expellatur: peccatum enim, si est peccatum, expellitur per primam gratiae infusionem: ergo intensio non consistit in

in simili contrarij expulsione: 2.° q. plures sunt qualitates contrario carentes, quae tamen capaces sunt intensionis, ut lux. 3.° q. in aqua ducta ad aquam calidam fuit tota frigiditas intensiva, nec tamen fuit contrarium expulsum. 4.° q. expulsio frigiditatis non est calor: quo neque perfectior calor qualitatis debet esse intensius. 5.° q. contrarium habet partes similes lux: quo potest magis, et minus expelli, quae est nostra sententia, ut videbimus. Si 2.um: quo semel expulsa frigiditate non potest ultra calor intendi, quod falsum est, cum experiamur unam intensionem aliam maiorem etc.

24 Funditus tollitur, quem tenebat Aurandus a n.° 20. est, q. duo gradus caloris, quod sint eiusdem lineae nequit cum 1.° gradu simul permanere: dico enim accidentia eiusdem speciei non possunt habere eodem subiecto individuatur quippe a subiecto; praeterea quia adveniente perfectiore qualitate sit intensa, naturam est imperfectiorem, sive remissam, et haec funditus nullum est, ut constabit ex probationibus nostrae deductis, et solutione contra illas argumentorum, et praesertim ex metaphysica.

Caput 3.um An fit intensio per maiorem radicationem

25 Celebris Thomistarum in hac parte opinio est, quae docet, intensionem fieri per maiorem radicationem, seu communicationem qualitatis novae, cuius eadem qualitas indivisibilis activior est; quia per illam maiorem radicationem magis inest subiecto, et magis sibi subiectum subiicit: quae maior radicatio adeo intelligibilis est ipsis Thomistis, ut ad illam explandam plures ingressi sint vias alias aliis obviniores: itaque omnes concurrunt Thomistae in eo, quod in intensione producitur novus modus, quis autem sit hic modus, constans non est inter illos: nam alij dicunt esse novam entitatem, alij novam unionem, alij docent esse modum, qui communicat qualitati novam vim informandi, et se communicandi subiecto. 4.° tandem alij dicunt, hunc modum esse novam explicationem rei in subiecto.

26 Haec Thomistica radicatio 1.° reijcienda est, q. inintelligibilis, ut ex ipsa ipsius quod opinione colligitur. Reiicitur 2.° ex D. Thom. 2.a 2.ae quaest. 24. art. 5. docente, charitatem augeri duntaxat ciras, et dum

2° Qui radicem. Ubi nota ex Joanne a Sancto Thoma Angelicum Doctorem dixisse partiales ignorare, qui dicunt qualitatem intendi per maiorem radicationem, et in hujus explicatione mente Divi Thomae qualitas augetur per essentiam, et non per esse rei cuius est modus: quia qualitas non intenditur per maiorem radicationem. 27

3° Qualitas. Reiicitur, quoad omnes suas explicationes supra relatas: quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet magis ad magis. Proverbium satis a Philosophis decantatum: sed nullum ex illis modis Philosophorum reddit subjectum simpliciter calidum, ut ex se patet: siquidem, neque essentia, neque unio, aut quivis alius ex relatis modus est de linea caloris, atque adeo non potest calefacere subjectum, aut illud reddere simpliciter calidum: ergo neque magis calidum. Confirmatur ex receptissimo axiomate, propter quod unumquodque tale, et unum magis. Sed per essentiam, unionem, aut aliquem ex praedictis modis redditur subjectum magis quale: quippe per illum intenditur qualitas: ergo ille modus magis participat de qualitate, videlicet de calore, ergo erit de linea caloris: atque adeo intensio fiet per additionem novae partis adaequatae quod abhorrent Philosophi. 28.

Reiicitur 2° efficacius: quia haec essentia, vel unio, vel quivis modus in quo consistit intensio, vel est divisibilis vel indivisibilis: si divisibilis: ergo ex partibus componitur intensio, licet quae negant Philosophi divisibilitatem qualitatis, videlicet caloris, admittentes divisibilitatem modi constituentis intensionem, licet manifesta sit incongruentia. Si indivisibilis est: ergo quando aqua fervens ab igne remota repente amittit totam intensionem caloris, quam habebat igni applicata, quae absurda est contra experientiam illam probat: quia aqua a motu ab igne statim deperdit aliquid illius summae intensionis, quam antea habebat. Sed intensio per vos consistit in modo indivisibili: ergo aqua statim amittit totam intensionem caloris; atque adeo repente tingere poterunt quidam homines lavare manus suas, et caput in aqua fervente recenter ab igne remota. 29

29. Probant Respondere Instis, summam illius intensionem remitti; quia sublecta producitur improportio fectior essentia unius, per aliquem quiuis modum, unde fit, quod tota intensio non remittitur repente, et tota simul, et dicitur: quia non est causa, quae possit talem modum producere, et recurrunt ad Deum parum philosophice, quod sine necessitate recurritur. dicunt aliqui, talem modum produci ab ipsa aqua, et dicitur; quia aqua est inimica caloris, et praeterea frigidura est caloris, cui utique favebit producendo modum illum remittentis calorem: Alii respondent, illum modum imperfectum produci ab essentia caloris: et dicitur; quia cum calor sit causa naturalis, et sufficienter applicata, semper producet, quantum potest: semper producet perfectam essentiam, quam potest: quia si calor intensus producit perfectiorem essentiam; etiam producet calor remissus, cum sit eodem modo applicatus. Huic impugnationi supra facta impugnatio; quia calor intensus habet maiorem virtutem productivam: et ideo non communicat caloris essentia: quia neque unio, neque alius modus, cum isti non sint productibiles: quia tunc.

30. Caput 4um. Vera sententia proponitur, et probatur:

Plausibiliter hanc sententiam defendit Scotus, et Scotistae. Cum fere omnibus nostrae Societatis Authoribus, docet intensionem talem, et physicam qualitatis non fieri per additionem novae partis qualitatis ad partem aliam praeexistentem, vel ad subiectum, quas partes vulgus appellari gradus, quia minutissimi, et fere indivisibiles sunt, quia gradatim recipiuntur in subiecto. Remissio vero fit in eo, quod aliqua, vel aliquae qualitates partes subiecto depellentur immediate. Itaque calor in ligno, quia primus gradus producto additur alter, et huic alterius, usque ad octavum, in quo volunt Philosophi summam intensionem contineri; permittitur idem calor, quo lignum deponit aliquem, duo, vel tres gradus caloris, quam habebat.

31 Proposita declaratur. Probatur 1o. quia physica intensio qualitatis est augmentum illius; sed augmentum qualitatis fit per ad

additione graduum ad gradum: quia intensio fit per eiusmodi additionem. V. Maior probatur. Intensio capienda est, qualis receptissime est apud Philosophos, intensionem esse motum augmentationis. Minor certa est; quia id augetur, cuius partem pars additur, ut manifestum est in nutritione animalis, et quantitatis augmento: quia qualitatis augmentum consistit in simili parte partis additione; ac proinde intensio consistit in additione gradus ad gradum. Unde infertur intensionem formaliter consistere non in illo gradu, qui additur, sed in collectione omnium. Infertur 2°. augeri, et intendi non gradum, sed qualitatem; quia gradus, sive intensi, sive remissi semper manent entitative iidem. 32

Probatur 2°. quia extensio qualitatis fit per gradus re. inter se distinctos: ergo similiter intensio. Antecedens certum; quia extensio fit ex pluribus gradibus diversis subiecti partibus correspondentibus, ut patet in ligno palmari calido. Probatur consequentia: quia intensio, et extensio qualitatis solum differunt penes subiectum, quod illa extensio petit, gradus, quibus constituitur non penetrari; intensio vero eos penetrari exigit: quia si illi plures gradus extensi ad unum redigantur subiectum, facient intensionem, et adesse gradu gradui addito. Et confirmatur: quia lucerna accensa in cubili si alia accendatur, lucidior locus apparet, quin aliquid denuo accederit praeter adventum novae lucis et additionem paruli: quia intensio facta.

33 Sed Rogas, an possibilis sit intensio, quae non fiat per additionem graduum, ad gradum? Resp. possibilem esse, eam scilicet, quae male ad modum defenditur a Durando de facto, scilicet per productionem perfectioris qualitatis destructa imperfectiori. Nam si Deus destruxit unum gradum caloris, alium perfectiorem produceret, et equivalentem quatuor, vel quinque gradibus caloris, in quo nulla invenio repugnantiam: profecto subiectum per illum redderetur magis calidum: sequitur quod daretur intensio; an vero talis intensio vocanda foret physica, et physica; an metaphysica, et virtualis; quaestio est de voce, et communiori loquendi modo Logici, Iudico, eam appellandam virtualem, et

et metaphisica. p

34. Rogas 2°: an gradus intensionis egeant unione, tam inter se, quam cum subiecto, an satis sit penetratio absque unione; questio est de voce, in qua plurimum desudantem vidi R. R. quemdam, nisi credam, ingenium ostendere voluisset prescindendo intensionem formaliter sumptam ab intensione materialiter sumpta. Resp. non esse necessariam unionem graduum inter se; esse necessariam unionem graduum cum subiecto. Prob. 1ª p. quia gradus intensionis sine unione sui inter se possunt facere augmentum qualitatis, in quo sita est intensio. Prob. 2ª quia intensio est additio plurium graduum in eadem parte subiecti; et nullus alius modus est essendi in subiecto, nisi unio: ergo, ut gradus facientes intensionem sint in eadem parte subiecti necessaria est unio illorum cum subiecto.

35 Colliges 1° saltem requiri penetrationem graduum inter se; et cum subiecto; quia in eo differt intensio ab extensione, quod haec consistit in hoc, quod gradus dispersi sint per varias subiecti partes; intensio autem petit eos in eadem subiecti parte haerere; et non possunt esse in eadem subiecti parte quin penetrentur inter se, et cum subiecto: ergo intensio requirit saltem penetrationem graduum tum inter se tum cum subiecto. Colliges 2°: qualitatem ab omni extensione subiecti abstractam, qualiter in probabili ia si Caucia [illegible] non esse posse intensam: hoc constat aliquo unam [illegible] dicentem magis albam videri, ut oculis cernitur, quam aliam; quia cum subiectum sit de essentia intensionis; ubique deficiat, consequenter deficit intensio.

36 Corpus suum contraria solvit argumenta.

Arguitur 1°: idem calor intenditur, et remittitur in corpore raro, et denso, absque additione, vel amissione graduum ad gradum: quia intensio qualitatis non consistit in additione graduum ad gradum, neque remissio in amissione aliquorum. Ant. est certum: quia idem calor manet in eodem subiecto, vel corpore raro, et denso, quod idem est, ut postea videbimus. pariter intensior est calor in corpore denso, quam in raro, ut per se patet: ergo qualitas indivisibilis absque graduum additione potest intendi, et remitti: Huic argo, cuius ex dicendis clarior

Clarior affulgebit solutio, Deo, nando ani; ad obiec. dusquo ani: idem calor met in eod. subto, et eod. mo, no ani: ubj calor, et diversimo, ideo ant. itaque quaecumque sueatr de rarefactne. iam, asserit, corpus idem, et eamdem mam ad plura spatia se extendere; unde cum p.tes mae, seu quantitas alie ab aliis deuniantr, seu discontinuentr; ratio deuent p.tes qualitis etiam deuniri, et discontinuari in rarefactne dsequentr ipsa extendi. Et Deinde cum p.tes eiusdem quantitas in unum coeant, dum condensantr, etiam p.tes qualitatis in unum coeunt subtum, et faciunt intensionem. Ubi, ut vides, in condensatione datr additio gradus, ad gradum, et in rarefactne datr amissio alicuius gradus a subto. 37

Arguitr 2°. Pro. Thesis: quo perfectior e calor eo e intensior. atque, quo perfectiorem het eisam, seu unionem, eo e perfectior: ergo quo perfectiorem het eisam, seu unionem, eo e intensior: atque adeo intensio consistet in perfectiore unione seu eisa. Instatr 1°. intensio consistit in eo, a quo qualitas het ~~intensivum~~ operari perfectivum; atque a perfectiore ~~existentia~~, seu unione het qualitas perfectivum operari: ergo etc. Instatr 2°. eo e enta perfectior, quo e indivisibilior. atque qualitas intensa e perfectior qualitate non intensa: ergo e indivisibilior. Distinguo maiorem quo perfectior e calor in linea caloris, eo e intensior concedo; in alia linea, nego maiorem. Et disque minorem eadem distinctione. Itaque si Deus conservaret calorem, ut unum per existam perfectiorem caloris, ut octo, inquo nulla e repugnantia, calor, ut unum non eet intensior, sit haberet perfectiorem exam. Itaque perfectio caloris sumitr a maiore virtute calefactiva, quae non convenit, neque ab unione, neque ab exa, ut diximus a n°. 129. 38

Ad 1am instantiam disquo maiorem: intensio consistit in eo, a quo qualitas het perfectivum operari, tamquam a virtute physica operativa, concedo maiorem, tamquam a conditione, nego maiorem. Et siliter disque minorem. Itaque qualitas perfectivum operatr, non a perfectione exa. atque a perfectiore, et robustiore virtute, ut nuper diximus.

Ad 2^am^, dis[tin]guo ma[io]rem, ens est perfectior, quo est divisibilior si caetera sint paria, co[ncedo] ma[io]rem; si caetera non sint paria, nego ma[io]rem. Angelus n[a]m indivisibilior perfectior est quam aliqua creatura quae etiam excedit in reliquis suis praedicatis; at v[er]o anima equi perfectior non est Angelo, quamvis indivisibilior sit: nam Angelus in multis aliis illam excedit: nec digitus, quia minus divisibilis brachio, perfectior est illo, nec qualitas remissa perfectior intensa. Itaque indivisibilitas non est adaequata ratio perfectionis, sed ad summum inadaequata.

39 Arguitur 3.° ex Durando: in omni motu destruitur terminus a quo adveniente termino ad quem: sed qualitas remissa est terminus a quo: ergo adveniente qualitate intensa, quae est terminus ad quem, debet destrui qualitas remissa. Maior patet: in frigore ligni, quod destruitur adveniente forma ignis, quae illic est terminus ad quem, cum illa sit terminus a quo. Minor patet, quia id est terminus a quo motus a quo transit mobile, seu subiectum; sed mobile transit a qualitate remissa ad intensam: ergo etc. Confirmatur: quia entia differunt in indivisibili: sicut numeri: ergo ut intensio habeat esse, non debet constare pluribus gradibus.

40 Respondeo, omissa maiore, distinguendo minorem: sed qualitas remissa reduplicative est terminus a quo, concedo minorem; specificative, nego minorem. Qualitas remissa specificative est ipsa entitas graduum: qualitas remissa reduplicative constituitur per aliquem, seu aliquos gradus qualitatis, et privationem aliorum; et sub hoc conjuncto transit ad qualitatem intensam, in quo transitu utique destruitur privatio aliorum, in qua partialiter consistit qualitas remissa reduplicative sumpta.

41 Sed instas: etiam qualitas etiam qualitas remissa specificative est terminus a quo; sed ipse terminus a quo debet destrui: ergo qualitas remissa specificative destruitur. Ad instantiam, omissa maiore, distinguo minorem: terminus a quo debet destrui, si opponatur cum termino ad quem, concedo minorem; si non opponatur, nego minorem: itaque ex vi motus id est privatio formae ad quam transit subiectum quae si contraria sit formae antecedenti destruitur, ut contingit in ligno, scilicet caloris in motu ad ignem, et frigus; cum ergo qualitas remissa

-specifice non opponatur qualitati intensio, haec adveniente -
illa non destruitur;. Ad 3am conf. dico antecedens nostrorum verum quidem
est, e contra dissitere in indivisibili, quantum, quod predicato addito
vel detracto mutantur, sunt numeri; licet haec tamen stat esse divisibiles
ut essentia physica hominis, et quantitas, quae divisibilia sunt.

Arguitur 4°: § 2

vel gradus intensionis sunt eiusdem speciei, et sic non distincti, vel non:
si hoc dici debeat: ergo non possunt facere intensionem, sunt enim non
faciunt gradus albedinis, et caloris, dulcedinis, et frigoris.
si 1um: assignatur duo, etiam habere idem subiectum esse; quod individuantur
a subiectis: ergo intensio nullo modo fit per additionem gradus
ad gradum; Resp. gradus intensionis esse posse, vel eiusdem, vel distinctae
speciei, dummodo conveniant in aliquo predicato capaci
recipere intensionem. praet. distinguo tum sequens: quod non possunt
facere intensionem, si conveniant in predicato intensionis
capaci, nego consequentiam; si non conveniant, concedo consequentiam: gradus illi caloris
quamvis distincti specie ad huc convenirent in predicato caloris,
quod intensionis est capax, in quo predicato non conveniunt etiam
paritates ibi allatae. Ad 2am implicationem, licet etiam individualiter
a subiecto, non assumptum non individuari nisi a propria
cuiusque singularitate; alioquin ut bene notat Arriaga esse
albedine, visione, et colore, quae in eodem subiecto recipiuntur
essent idem numero quod per quam falsum est.

Arguitur 5°: in intensione facta per additionem, neque intenditur gradus, neque
iunctum: ergo intensio non fit per additionem gradus ad gradum. § 3
pt. conseq. quia intensio non fit, quod non intenditur qualitas. probatur quo
ad 1um; nam gradus praeexistens non est perfectior adventu alterius. probatur
pt. quoad 2um; quia gradus adveniens est eiusdem rationis cum praeexistente.
Tandem pt. quoad 3um. quia quod intenditur est qualitas remissa praeexistens;
coniunctum, neque est qualitas remissa, neque praeexistit: quod confirmatur
ex Philosopho, dicente 1. physicorum, text. 34. ex calido non fit magis
calidum nullo addito in maxime calido. et si adderetur calor, caloris

Calori calido adderetur calidum: quod ultimo.

14. Ad argumentum omisso ante, nego consequentiam: Et maior. nullus gradus entitatibus sumptus, neque diminutus intendatur: tamen intenditur qualitas; quia verum est, ibi esse plus caloris facta additione; unde gradus ille intenditur secundum conceptum specificum; Et non intendatur secundum conceptum individualem; seu individui; Sicut augetur quantitas; Et nulla pars illius entitatibus augeatur; quod omnes aequaliter secundum conceptum specificum quantitatis. idem quod accidit non binario, qui augetur per additionem unitatis, non quia unitas addita augeat binarium secundum rationem individuativam, sed secundum specificam numeri. Ad confirmationem, nego maiorem ex sola maiori additione caloris non additur calidum. ad probationem maior binarium per additionem unitatis, non quia unitas addita augeat binarium secundum rationem individuativam; sed secundum specificam numeri. Et nat etiam subiectum: addito quod solo calore fit magis calidum subiectum nullo addito calido, probatio est, nullo addito subiecto habente calorem.

15. Quaestio 3a

An gradus Intensionis sint, seu esse possint Homogenei, an Heterogenei?

Caput Primum. Expositum difficultatis. Referuntur sententiae.

... gradus caloris tribuit. Celebris inter illius Rationes difficultas, cuius non sint eiusmodi gradus, an similes, et aequales inter, an dissimiles, et inaequales? Et quia apud Graecos idem valet homoneum, ac simile, et geterogeneum idem, quod dissimile, ideo solemni vocabulo eam constituunt de heterogeneitate et homogeneitate. Itaque Rogatur. An gradus intensionis, ita sint aequales, et similes inter se, ut ... possit esse secundum, 3us. ... quiuis alius collectionis caloris, ut octo: Vel ita sint inaequales, et dissimiles inter se ut ... sit ... talis, et petat praesupponi ad secundum, et ... petat praesupponit ad 3um. ... et sic de reliquis usque ad octauum.

§ 6. Suppono. Qualitates contrarias habentes posse iungi in eodem subiecto in gradibus remissis; quod est experientia certum, et ratione suadetur; nam in mixtis temperantur quatuor hae qualitates in gradibus remissis, v.g. quatuor gradus caloris cum totidem frigiditatis, quod si ex ista collectione accidat alter gradus oriatur rixa, et altera, alteram vincet expellendo aliquem gradum ex quibus componitur. Suppono deinde, quaestionem non esse de ea dissimilitudine, quae intercedit inter individua: nam certum est, individua, aliquo modo differre intra eamdem speciem; de alia autem maiori dissimilitudine sermo nobis est. Suppono tandem, quaestionem non institui de actibus intellectus, et voluntatis, de quibus postea disseremus.

1.a sententia asserit, § 7

gradus componentes intensionem esse heterogeneos: Ita P. Suarez: quem sequuntur Granado, et Hurtado disp. 5.a de alteratione sect. 16, et divisi sunt hi Authores: nam alii dicunt, tantam esse dissimilitudinem ut faciat gradus differre specifice: alii dicunt, tamen dissimilitudinem non ponere gradus intra distinctas species, et solum differre penes maiorem, vel minorem virtutem productivas, et proprias effectus: alii tandem agnoscunt inter gradus, quamdam dissimilitudinem maiorem numerica, et minorem specifica, quae dari solet inter individua eiusdem speciei, v.g. marem, et faeminam.

2.a sententia docet, gradus inten- § 8.
sioni esse homoneos, et omnino aequales inter se. Itam tenent cum aliquot ex antiquioribus P. Vazquez. quem sequuntur P.es Conimbricenses, Fonseca, Arrubius, et cum pluribus R. P. Arriag. disp. 3.a de Generatione. Secc. 3.a 3.a sententia quam defendit P. Alfonsus, docet, gradus qualitatis naturalis esse heterogeneos; qualitatis vero supernaturalis esse homoneos. 4.a sententia docet? sola corruptive ... defendit ita aliqui cum Linze. 5.a Temnis sententia, docet, gradus qualitatis corruptive esse homoneos: heterogeneos vero gradus qualitatis perfectivae.

Caput Dux.

Quid de possibili dicendum sit circa gradus intensionis? § 9.
Antequam ad id, quod de facto tenendum sit deveniamus, d[e]-
gradus

9 gravius visum fuit nobis duplicem 9clusionem de pelli statuere, quibus planior sternatur via dicendis. Sit ergo prima 9clo. non repugnat gradus intensionis esse homogeneos, et similes. Probatur. Si in eadem parte subiecti ponantur plures gradus eiusdem qualitatis dabitur intensio; sed non repugnat, tales gradus esse omnino similes, et homogeneos: ergo non repugnat gradus intensionis [illegible]. maior est certa; quia in casu posito dabitur augmentum qualitatis; nec erit activior, et perfectior, quod amplius non requiritur ad intensionem qualitatis. minor probatur: quia non repugnat supposito uno gradu in subiecto, alterum omnino similem illi uniri, et cum illo, et subiecto penetrari: neque repugnat ex parte unionis, neque ex parte penetrationis, neque ex parte subiecti, ut per se patet: ergo possibilis est eiusmodi intensio 9stans gradibus homogeneis.

56 Sit 2a 9clo; non repugnat, intensionem fieri per gradus heterogeneos, et dissimiles, quacumque dissimilitudine ex dictis a n° 47. probatur facile: quia non repugnat plures gradus dissimiles et heterogeneos, quacumque heterogeneitate collocari in eadem parte subiecti; et ex ipsis resultaret intensio qualitatis: ergo non repugnat intensio [illegible] modo standum est dum non appareat repugnantia quae non facile demonstrabitur ab adversariis; sed neque in repugnantia esse potest in eo, quod producantur plures gradus, quorum alter petat praesupponi, et esse priorem alio, sive magis perfectiorem, et sic de reliquis modis heterogeneitatem exponentibus. Iam vero minor suadetur; quia ex illis gradibus resultaret augmentum qualitatis: qualitas esset perfectior et activior se ipsa extensa, seu cum paucioribus gradibus 9stituta ergo [illegible].

57 Sed opponens 1am 9clem: qualitas intensa est essentialiter perfectior qualitate extensa; sed si gradus intensionis sint homogenei qualitas intensa non esset essentialiter perfectior qualitate extensa: ergo intensio non potest 9stitui gradibus homogeneis. maior est certa; quia qualitas intensa activior est qualitate extensa, et praesertim qualitas intensa v.g. octo gradus caloris disponit ad formas substantiales, ad quas non disponit qualitas extensa. minor probatur: quia tandem gradus qualitatis intensae, quam extensae essent similes, quae similitudo obstaret maiori perfectioni qualitatis intensae. 9firmatur; quia qualitas intensa perfectior est qualitate remissa:

ergo

q° carus gradus n̄ sit similis, et homogenei. Ho.

§ 2

Nego ing.mae: ut patet in collectione quinque hominum, qui essentialiter n̄ differunt a collectione trium. Et quinque possunt levare pondus, ut octo, quod superat vires trium hominum, et poterit distinguo: qualitas intensa activior e qualitate extensa accidentaliter, concedo; prop. essentialiter, nego mae; qualitas intensa activior est gradus penetratiris, quia caret qualitas extensa. Patet quoniam etiam virtus perfectior virtus quinque quam trium hominum; quia magis unita e virtus ponderis elevative. Neg. aliter, nam minor, ad probationem, nego, n̄ obstare similitudinis perfectioni majoris virtutis qualitatis intensis; sicut n̄ obstat ea similitudo majori virtuti ponderis elevationi, ut diximus in 1a solutione; itaque sicut intensio, et extensio componantur gradibus similibus; quia tamen intensio eos habet magis unitos, et penetratos perfectiore, et activiore qualitate extensa, quia virtus unita crescit. Ad 2dam nego, qualitates intensas perfectiores esse remissa; quia gradus habet unitos, et penetratos, ex quibus oritur major perfectio, et activitas.

§ 3

Oppones 2°. calor, ut octo pugnat cum uno frigiditatis; et unus gradus caloris n̄ pugnat cum uno frigiditatis: ergo caloris, ut octo convenit praedicatum, quod n̄ convenit calori, ut unus; atque adeo intensioni gradus n̄ possunt esse homogenei. Major certa est, quia calor, ut octo coniungi n̄ potest naturaliter cum aliquo frigiditatis. Minor constat; quia tam longe abest, ut pugnet unus gradus caloris, cum altero frigiditatis, ut etiam naturaliter coniungatur cum illo in eodem subiecto: qualiter enim contrarios possunt in gradibus remissis eidem subiecto uniri, ut diximus a n° 46. Consequentia vero infertur: ea enim dissimilia sunt, quorum alteri convenit praedicatum quod alteri repugnat. Confirmatur: quia si gradus essent homogenei essent cuiusque rationis; ac proinde, sicut sunt calori compossibiles cum 1°. frigiditatis, ita compossibiles esset 8°. caloris, quod falsum est: ergo Ho.

§ 4

Deberat dici integer syllogismus ex quo nil concludimus; n̄ m. namque collectiones caloris, ut octo esse divisibilis, et habere praedicatum, quod n̄ habet quilibet gradus collectionis divisibiliter sumptus aliter negatur, distinguendo minorem; et unus gradus caloris divisibiliter sumptus, n̄ pugnat cum altero frigiditatis, concedo minorem: unus gradus calo

ris.

Calorii sumptus collective, non vero: calor in, ut octo, seu collectio octo graduum pugnat cum quolibet frigiditatis, quam collectionem omnes constituunt; Deinde quod illi octo gradus calorii aliquid repugnantis participare debent dum unius gradus frigiditatis. Quilibet a seorsim, et divisibiliter non pugnat cum altero frigiditatis, siquidem cum illo coniungitur: nec audiendus solutionem cuiusdam R. Patris, qui in Physica theologicavit, dicendo, unum gradum calorii pugnare inefficaciter cum altero frigiditatis; quae inefficacia difficilis est intelligi: cum quo amico foedere convenientur illi duo gradus in eodem subiecto, quod quidem naturaliter aegre capi potest hic oppositio et sit inefficax.

55 Ad confirmationem Deo, eodem modo opponitur gradus, et octavus gradus calorii cum uno frigiditatis si sumantur reduplicative. Etenim tum gradus calorii reduplicative sumptus est gradus, ut constituens in actu 2.o collectionem calorii, ut octo, quae collectio opponitur cum 1.o frigiditatis: Hoc idem habet octavus calorii, qui entitative sumptus nullam agnoscit oppositionem cum uno frigiditatis, quod etiam habet tum gradus calorii. Et ratio discriminis est: quia denominationes 1.i et octavi sunt pure extrinsecae minime ortae a natura graduum; sed ab extrinseco ordine quo producuntur, praeterea quod quilibet est potest esse octavus, seu quilibet alius collectionis.

56 Opponens 3.o Datam delere: gradus distinctae speciei non possunt uniri ad unum componendum; sed intensio est aliquid unum: quod non potest constitui ex quibus homines. Distinguo maiorem: gradus distinctae speciei completae non possunt uniri concedo; incompletae, nego maiorem: ut patet in materia, et forma, quae licet distinctae sint speciei, uniuntur tamen ad unum substantiale compositum constituendum. quia sunt distinctae speciei incompletae. quod unum non potest constituere homo cum equo, vel equus cum Angelo. Hic enim probabilius quod animalia uniuntur ad unam formam constituendam, licet heterogeneae sint, et divisibiles. Ratio est: quia ex parte sua ordinantur ad unum componendum.

